Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput VII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Praesagientis animi divinatio

causam cur tantopere recusaret rogitanti, haud dubiè futura divinitus praesagiens animo, pertimescere se ait, ne quid onerariae illi in itinere accideret incommodi, neve ab eis divina majestas alicuius delicti expeteret poenas. Nec vanus o-mens fuit. Navis illa deinde adversa tempestate ad scopulos appulsa penè deperiit. Caeterùm divinitus scilicet deprecatione fortasse Xaverij praesenti naufragio erepta, diu tenuit cursum. Inde transverso maris impetu vastas in syrtes acta penitus inhaesit, iamque non solùm onerariae, verum etiam vectorum salus complorata erat; cùm in pari periculo parè Dei vices alternantis opem experta, porrectis maris aestu syrtibus evasit innoxia. Franciscus autem ipse, qui aliena incommoda praesagierat, prospera navigatione usque, quò intenderat, sine ullâ offensione pervênit. Malacam tenuit anno huius saeculi XLVII.

Malacenses summa ope instruit. Visu Duro socio suo oblatus divinitus cognoscit.

Cap. VII.

In valetudinarium divertit

Malacenses ergo sui perstudiosos ex intervallo revisens, benignè ab illis excipitur. Caeterùm ipse pristino more, recusato amicorum hospitio, statim in valetudinarium, consuetum hospitium suum divertit. Eodem tempore Malacam tres alij e Societate IESV appulerant. in his sacerdotes duo Joannes Beira et Joannes Ribera, quos omnes incredibili animi iucunditate amplexus Xaverius apud se habuit. Inde diebus pluribus ad quietem datis, monitos quemadmodum cum Moluccensibus se gererent, in Moluccam dimisit ab se sata culturos. Inter haec ipse aegrotis ministrando, concionando ad populum, mi-

litum

litum tollendo simultates; confitentium peccata ex-
piando, catechismum pueris, servis, idiotis tradendo,
rem Christianam adiuvare non desistebat. Praecipuè
mysterium de adventu Christi, Evangelicamque hi-
storiam identidem inculcabat neophytis, ut perce-
pta tantae rei veritas ex illorum mentibus ina-
nes excuteret fabulas Deorum. Inter quae veteris
instituti sui non minus pii quàm salutaris memor
mortuos in purgatoriâ sede versantes vivosque
letali conscientiae vulnere affectos, quotidie sub
noctem piorum precibus iuvandos curavit. Civitas
quippe Malacensis Xaverij hortatu certum consti-
tuit hominem, qui altera manu laternam, alte-
ra tintinnabulum gerens, primis tenebris obiret
urbem, et in compitis ac triviis incolarum animos
nocturno tintinnabuli strepitu, lugubrique car-
mine ad id ipsum composito excitaret. Ea res
ut admonebat bonos officij, ita improbis timorem
incutiebat caelestis irae. Hoc Francisci institutum ab
urbe Malaca in Indiam, Molucas, ultimique Orientis
urbes atque oppida manavit, hodieque viget
magno bono mortuorum vivorumque; Per idem
fermè tempus egregium quà paupertatis Evan-
gelicae, quà severitatis documentum Xaverius de-
dit. Joannes Durus (: ut antea diximus :) eius so-
cius et comes erat. Is Francisci commoditati ser-
viendum ratus, illo insciente, nummorum aliquid avi-
dius quàm prudentius à Lusitanis acceperat
eleemosynae nomine. Quod ubi rescivit Xaverius
(: ut erat non minus acer vindex, quàm diligens
cultor paupertatis :) eum protinus in proximam
insulam ad breve tempus relegavit. Ea insula
e regione portus Malacensis sita, olim non
infrequens

Historias de Christi adventu neophytis inculcat.

Vespertinae preces pro mortuis et vivis scelere obstrictis.

Acer vindex paupertatis.

incolis, illa tempestate deserta erat. Durus igitur
cum ibi in aede quadam sacra moraretur, Deiparen
tem (: incertum vigilans an somnians :) ad aram ma
ximam, loco exornato, in pulvino sedentem conspicit.
Apud eas puer IESV erat, qui Durum verecundan
tem ad matrem suam pellicere conabatur. Illa
primo infensa similis cum aversari ac repellere;
deinde pacem ac veniam suppliciter orantem
admittere. Ad ultimum, certis de vitijs admoni
tum dimittens, simul cum puero IESV sublimis
abijt. Res penitus occulta fuit, quam nullus morta
lium praeter Durum sciret, ipse autem nemini e
nunciaret. Itaque Malacam deinde reversus, cum
divinitus cognovit occulta et absentia. sua delicta Francisco de more confiteretur, rem
omnes contra eius praecepta, silentio texit. At
Hauerius, re divinitus cognita, sub confessionem
ex eo quaerit, quidnam rei in deserta insula tem
pore ei acciderit nuper. Mihi vero nihil, inquit
ille. Instare benigne Pater: abnuere Durus ac
pernegare, saepius interrogatus (: ut erat obstina
to ad rem supprimendas animo :) immemor obedi
entiae ac religionis alia omnia respondebat.
Tandem Franciscus, ut vidit cum duro ore sibi rem
esse: ultro ipsemet virum illud narrare orsus, sin
gula persequi coepit, non secus ac si praesens
adfuisset. Tum vero Durus attonito similis haesit.
mox sacro perfusus horrore, omnes re ordine, uti
gesta erat, exponit. Ita domum cum Patre redit
in gratiam. Caeterum divinitus expressum veritas
illum et Hauerij observationem fecit, et patien
tiorem veritatis. Itaque ipsemet Durus, Francisco vi
ta functo, hoc, quod a nobis memoriae proditum est,
iuratus enarravit, cum egregia testificatione eius exi
miae sanctitatis.

Malaca

Malacæ in Acenos, Christiani nominis hostes
classem comparat

Cap. VIII

Subinde nova res incidit, quæ Xaverij nomen
Malacæ longè celeberrimum fecit. Res utique varijs
casibus & vaticinationibus insignis, ac propterea
fusius enarranda, ne de rei magnitudine narratio-
nis brevitas detrahat. Valida Regis Aceni classis
è Somatra Insula, quam è regione Malacæ esse
dominus, intempestæ noctis silentio Malacam
appulerat. Mox divisa inter barbaros munera,
ut pars arcem invaderent, pars Lusitanas na-
ves, quæ in portu erant, incenderent. Igitur
barbari in terram expositi, scalis impigrè admotis,
arcem ex improviso occupare conantur. Sed non
fefellêre Lusitanum Præsidium: milites properè
à vigilibus excitati arma capiunt: hostes ingenti
animo repellunt. Haud æquè feliciter in portu
gesta Lusitana res. Interim miles qui in barbara
classe manserat, Lusitanos nautas oppressit in-
cautos: præcipuisque navigiorum per cæca noctis
tenebras injecit ignes, tanto nauticis terrore
illato, ut consilij auxilijque inopes torperent. Ita-
que barbari Christianarum navium incendio
impunè oculos animosque paverunt suos. Ad
ultimum cum ingenti clamore plausuque discedunt.
Lusitano Christianoque nomini insultantes, velut
præclara parta victoria. Neque eo contenti, in
discessu cum piscatores aliquot Christianos fortè Barbaræ crudelitatis exemplum
cepissent, edidêre in eos barbaræ crudelitatis exem
pla. Quippe naribus, auribusque & calcaneis mu-
tilatos ad Malacenses Præfectum cum litteris
mittunt, ipsorum sanguine exaratis, quibus superbè
contumelioséque eum ad pugnam provocabant.

Perlata